



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Flandri Martyres Olyssippone.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## FLEDERICVS CONFESSOR

*Vladerzelē in Territorio Aloſtano.*

**N**atione Franciscus parentibus Christianis natus Pastoris seu arochi munus obiit Vladerzelē apud Flā- 13. Sept. dros in agro Aloſtano, quod professus est in baptismo, ait Molanus, ab ineunte ætate obſeruauit litterarum ac virtutum ſtudio adolescentiam inſumpſit, in Sacerdotum ordinem aſtitus, vbi Pastor fuit pietatem & ſnam doctrinam ſubditis inſtillauit. Fertur autem primitias ſacerdotij celebrans obtinuisse ranarum eum turbantium silentium. Festos dies incipiebat pridie ab hora duodecima / quod etiam à Scotis obſeruari à Sabbati meridie auctor eſt Hector Deydonanus) inter alias virtutes multum ſtuduit pacificandis discordibus. Cum autem ad ſenectam bonam perueniſſet, virtutibus & miraculis clarus, ſpiritum ſuum quem pro grege & pro ecclesia laboribus exhaueſrat, Deo lætus reddidit. In honorem eius officium iſtic dicitur in altari nomini eius ſacro missa & annua ſupplicatio celebratur.

## FLANDRI MARTYRES

*Olyſſippone.*

**A**nno 1147. naualis Dei exercitus ex Anglia, Flan- adria, atque Lotharingia collectus 11. Idus Aprilis de Tredemunde portu Angliæ cum ducentis fere nauibus profectus iv. Kal. Iulij in vigilia Apostolorum Vlixi- bonam applicuit: & eam post quatuor mensium obſidio- nem per multas cædes, & multam macerationem, Dei

I 3      virtute

virtute , & sua industria capiunt , & cum de ipsis tantum  
essent tredecim millia, hostium ducenta millia superantes  
ingressi , cum hymnis Ecclesiam dedicantes, Episcopum  
ibi & clericos ordinauerunt , ad corpora ibi occisorum  
tres muti recuperauerunt loquendi usum. Anno 1184.  
Rex Anglorum Henricus acquisiuit sororem Regis Por-  
tugalensis , ad hoc ut fieret vxor Comitis Flandrensis.  
Venit ergo ad Comitem Flandrensem in abundantia aur  
& argenti huius pater licet grandæus adhuc viuit , qui  
adiutus ab Anglis & Normannis in iuuentute sua Agarc-  
nis eripuit vlxibonam , quam vulgariter vocant Lissebo-  
ne. Ad quam transtulit è Valentia corpus B. Vincentij  
Leuitæ & Martyris , ut quidam dicunt & fecit eandem  
ciuitatem , cui subdidit sex alias ciuitates quas acquisi-  
erat. Ita Robertus Abbas montis S. Michaëlis in diœcesi  
Abrincensi (inquit in fastis Miræus) apud Aremoricos, in  
suo Chronico, quod Sigebertinum excipit. His consonat  
quæ Antonius Vasconcellius Socie atis Iesu Theol. in hi-  
storia Lusitanæ narrat, piè inquit & religiosè pro marty-  
ribus coluntur Olisipone (ut re ipsa haberi debent ex S.  
Thomæ Angelici doctrina) illustres illi Equites Germani,  
Flandri , Galli , Angli, ac Lusitani quorum reliquiæ in  
Deiparae templo adseruantur, quod dicitur , ex diuorum  
memoria, S. Mariæ à martyribus vitam præstantes illi virti  
amisere in Olisiponensi expugnatione , quando non tam  
imperij acquirendi caussa, quam studio urbis liberandæ,  
& Christo iterum lucrandæ, arma in Mauros sumpsero-  
rumque suo emptam sanguine Christianæ pietati red-  
didere.

EVLCO

FVLCO